Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Unde et ita si matheus non in illo tempore dicere et sed in ipsa hora
tapa aut alter ponit lucas in medio ut et ita eadem hora dictum
non absurde uideatur. XXXIIII.

Sequitur mathe et dicit. In illo tempore. Abiit ihs sabbato per
sata. discipuli autem eius esurientes coperunt uellere spi
cas et manducare et cetera usque ad illud ubiait. Dns enim
filius hominis etiam sabbati. hoc quoque sine ulla repugnantia
quaestione commemoratur et a marco et a luca. sed illi
non dicunt in illo tempore. Unde fortasse magis matheus
rei gestae hic ordinem tenuit. illi autem recordationis sui
nisi latus accipitur quod dictum est. In illo tempore. id est quod
haec multa et diuersa gerebantur. XXXV

Sequitur ergo mathe nazarenus. Et cum inde transisset. uenit
in sinagogam eorum. Et ecce homo manum habens ari
dam. et cetera usque ad illud ubiait. et restituta est. sam
tata sicut altera. De isto sanato quia manum habebat aridam.
et iam marcus et lucas. non tacent. possit autem putari
eo die factum et de spicis et de isto sanato quoniam sabbatum
et hic cum memoratur. nisi lucas aperuisset alio sabbato
factum esse. de sanitate arida manus. pinde quod ait matheus.
et cum inde transisset uenit in sinagogam eorum non quidem
uenit nisi cum inde transisset. sed quod post dies insinagogam
eorum uenerit postea quam a sege et illa transit an
rem tacentur nuoque illuc iterum non expressum est. ac per hoc
locus datur narrationi. Luce quidem alio sabbato huius
manus sanata. sed potest mouere. quomodo mathe dixerit.
quod ipsi interrogauerunt dnm si licet sabbato curare. Uolentes
inuenire accusandi occasione. Ipse uero illis de oue opposuerit
similitudine dicens. quis erit ex uobis homo qui habet ouem
unam. et si ceciderit haec sabbatis in foueam. nonne tenebit
et leuabit eam. Quanto melior est homo oue ita que licet
sabbatis benefacere. Cum marcus et lucas. illos potius ad no in